



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Flos Pietatis Matutinæ, Diurnæ, Vespertinæ

Monasterii Westphaliæ, [ca. 1735]

De Sacrificio Missæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46598](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46598)

DE SACRIFICIO
MISSÆ.

Sacrum est totius vite ac mortis Christi
Domini vera & viva representatio, &
iterata oblatio.

Primarius sacrificans est ipse Christus,
cujus Vicarius est Sacerdos, qui Christi
personam gerit: Unde illius

1. Tonsura significat coronam spi-
neam.

2. Humerale, velamen oculorum
Christi.

3. Alba, illusoriam vestem Herodis.

4. Cingulum, Manipulus, Stola, fu-
nes & vincula Christi.

5. Casula, Vestem purpuream, Crux
& casula, crucem Christi.

6. Calix, dolores in cruce, & sangui-
nis effusionem.

7. Corporale, syndonem, quã à mor-
te, Christi corpus involutum fuit.

8. Altare, montem Calvarie.

Sacri tres sunt partes, I. Refert vi-

B

tam

tam Christi gratiosam, ab initio usque ad oblationem. II. Vitam Christi pœnosam seu passionem, ab oblatione usque ad communionem. III. Gloriosam, à communionem ad finem.

Ad Sacrum tendens, cum modestia Angelica incede, cogitans te pergere ad tremendum Missæ Sacrificium.

PRAXIS I.

Audiendi Sacrum.

Intentionem pro Sacro audiendo præmitte, juxta praxin intentionis matutine singulis hebdomadis diebus accommodata. Vel illam quam habes pag. 28. & seq. Tres sunt præcipue partes Sacri, ad quas attendendum: scilicet oblatio, consecratio, sumptio.

Considera mysteria vite & passionis Christi Domini in Missa representata.

- 1. Sub descensu Sacerdotis ex altari, considera Christum incarnatum.*
- 2. Sub Introitu & Kyrie, desideratum*

2. Sub